



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 2. Quo descenderit anima Christi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

modo in cibo, & in potibus, & in variis baptismatibus, & iustitia carnis usque ad tempus correctionis impositum. Christus autem assistens Pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum non manu factum, id est, non huius materialis: neque per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introiit semel in sancta, æternam redemptionem eruenta.

§. 2. Alioqui triplex velum erat in tabernaculo Molisco. Hoc de quo agimus, quod ex quatuor columnis pendebat, quarum capitella erant aurea, bales argenteæ. Aliud quod sancta claudebatur, pendebatque et quinque columnis, quorum capitella aurea, bales æreæ fuerunt.

Tertium erat velum portæ atrii, Exod. 27. 38. quod ex quatuor columnis, quarum capitella argentea, bales æreæ. Paulus huius mentionem non facit, sed duorum meminit, quæ ad ipsius tabernaculi ingressum pertinebant. Nam prior illa cortina ad atrium subdiale admittebat.

VERSVS 52. 53.

Et monumenta aperta sunt: & multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt. Et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius venerunt in sanctam civitatem, & apparuerunt multis.

QVÆSTIO I.

Quomodo, cur, & quando aperta monumenta?

§. 1. Eodem terræmotu omnia illa aperta sunt. Solet enim terræmotus, novos fontes, noua flumina aperire, non modo aperire monumenta.

Surrexerunt multi, vt futuri resurrectionis certa fides adhaeretur. Iustinus quæstio. 85. pag. 344. Si eam vitam consummatam hominum resurgentium resurrectionem, cum anima rursum in domicilium resurgentium corporum recipiunt: certum est, qui vel surrexerunt, vel dormientes resurrectioni sunt, eos perfectos & resurrexisse (& resurrecturos esse.) Fieri etenim nequit, vt resurrectio defunctorum fiat, anima corpus suum non habente. Itaque cum corpora dicat, vel hominem certum, vel corpora ex mortuis resurrexisse: utroque modo nos consummatam oportet intelligere resurrectionem, quæ, anima corpori reddita, fiat. Et sic cum Scriptura inquit: Qui excitauit Dominum nostrum Iesum Christum ex mortuis, viuificabit animas & corpora nostra: neque imperfectam illa designat resurrectionem, neque imperitiam suspensionem, sed absolutam resurrectionis fidem & perfectionem: ita & cum dicit: Excitata sunt multa eorum, qui obdormierant sanctorum corpora: perfectam denotat resurrectionem. Prestita autem est sanctorum istorum resurrectio, vt demonstratio esset, mortificationem esse mortis omnium nostrum Christi mortem, quam pro salute & vita mortuorum omnium pertulit. Is certe quidem viuificam potentiam suam, & animam pios defunctorum apud inferos omnibus liberantem. Quam ob causam resuscitati illi denuo mortem non opprimerent, sed in immortalitate manent, sicut Enoch & Elias: cum quibus in Paradiso sunt, resuscitationem Iesu Christi, & resurrectionem sempiternam primo quoque tempore, per mutationem futuram, qua (sicut ait Apostolus) omnes immutabuntur, expirantes. Nullus dum enim ad immortalem & incorruptibilem vitam facta est resurrectio, praterquam Iesu Christi.

Adami Conzen in Euang. Tom. I.

Christi. Quocirca & primogenitus mortuorum, & primitiæ dormientium est renatus.

Animas igitur liberandas ostendunt, illæ, quæ iam corporibus iunctæ fuerunt.

§. 2. Resurrectio illa post Christi resurrectionem contigit. Continuo quidem monumenta sunt aperta, sed ante resurrectionem Christi, non sunt egressa corpora sanctorum. In propria forma apparuisse dicit Iustin. quæst. 60. Iterum corpora deposita videntur, nec in vitam immortalem resurrexerunt, ex Hebr. 11. 40. Coniungit terræmotui resurrectionem Euangelista per anticipationem, vt habet August. Epist. 99.

QVÆSTIO II.

Quo descenderit anima Christi?

§. 1. Hoc indicat articulus fidei. Descendit ad inferos. Hoc enim tempore eo venit redemptor, non passurus dolores inferni. Proprie enim relicto corpore mox eo aduenit, & vestes veteres rupit. Vnde concil. Later. 5. firmiter. Tolet. omnes veteres. Beza tamen & Christum descendisse negat, & articulum cauillatur. [Sed fabulam de animæ Christi descensu ad inferos hinc quod; oram puro: fabulam, inquam, vt quidem hic articulus Symboli explicari consuevit, quem alioqui licet in Symbolis quibusque vetustissimis non adscriptum, tamen rectè expositum, abest vt expungendum censeam.]

Respondet Articulus illum semper vsurpatum in Ecclesia. Cyrillus, Chrysostomus, Augustinus serm. 181. & 137. de tempore. Eusebius lib. 1. à Thadæo posuit. Alii etiam omnes eius meminerunt, etiam quibusdam Ecclesiis non fuerit interdum.

Sic Lutheri, Brentii, & Calviniani quidam Catechismi retinent. & Centur. 1. lib. 2. c. 4.

Verum quid de illo descensu veteres senserint, perpendamus.

Vetus est scriptor Irenæus; ille l. 1. c. 29. cum Marcionis hæresin recenset, ait, à Christo descendente Abraham, & Patriarchas non liberatos.

Marcion sane antiquus hæreticus ostendit, quid tunc Ecclesia senserit, itaque immerito Erasmus à D. Thoma adiectionem suspicatur. Calvinus magis ingenue, magnos habere auctores affirmat.

Et certe magnum habet auctorem, Spiritum sanctum in Symbolo, & in Scripturis. Act. 2. 24. Ephes. 4. 9. Coloss. 2. 13. Sed nunc discipulos Spiritus sancti audiamus. Ignatius ad Trallianos. Manducauit enim verè, & bibit, & crucifixus est, & mortuus sub Pontio Pilato, sed & secundum placitum voluntatis sue verè crucifixus est, & verè mortuus, videntibus celestibus, & terrestribus, & inferis. Celestibus quidem tanquam incorporalibus creaturis, terrestribus verò vt Iudeis & Romanis, & ceteris hominibus, qui tunc eodem tempore præsid erant, quando crucifixus est Dominus. Inferis autem, vt multitudinem eorum, qui cum Domino resurrexerunt. Multa, inquit, sanctorum corpora dormientium resurrexerunt de monumentis patefactis. Descendit autem in infernum solus, ascendit verò cum multitudine, & dirupit maceriam, quæ erat à seculo, & mediam parietem eius dissoluit.

Tertullianus de anima cap. 55. Nobis inferi, non nudæ canositas, nec subdualis aliqua mundi sentina creduntur: sed in fossa terra, & in alto vastitas, & in ipsis visceribus eius abstrusa profunditas. Siquidem Christum in corde terra triduum mortui legimus expunctum, id est, in recessu intimo, & interno, & in ipsa terra operis, & intra ipsam canato, & inferioribus adhuc abyssis superstructo. Quod si Christus Deus, quia & homo, mortuus secundum Scripturas, & sepultus secundum easdem, hic quodq; legi factus est, forma humane mortis apud inferos sanctus, nec antè ascendit in sublimiora colorum, quam descendit in inferiora terrarum, vt illic Patriarchas & Prophetas compotes sui faceret habes & regionem inferum subterraneanam.

Ccc

credere;

credere, & illos cubito peller. Qui satis superbè non putent animas fidelium inferis dignas: serui super Dominum, & discipuli super magistrum, aſpernati ſi fortè in Abrahe ſinu, expectandæ reſurrectionis ſolatium carpere.

Irenæus lib. 5. cap. 31. Dominum, ait, abÿſſe, vbi anima
mortuorum erant.

Clemens Alexand. lib. 6. Strom. cap. 2. Orig. hom. 15. in Genes. Gregor. Neocæs. in orat. ad Epiphan. A. thanas. de incarnat. Christi. Idem de Synodo Ariminen. *Credimus filium Dei secundum Patris voluntatem crucifixum, & mortuum esse, & ad inferos descendisse, atque ibi quod sui officij erat peragisse; quem Iamitores inferorum conspicui exhorruerunt: eumque tertio die ab inferis resurrexisse, & veritatum cum discipulis fuisse.*

Basilii in Pfalm. 48. & 44. Hilarius lib. 10. de Tri-
nitat. Ambrosi. de incarnat. Dominicæ Sacramento. &
in Hymno.

Inferni claustra penetrans,

Tuos captiuos redimis.

Id creditum docet Prudentius

Inde est quod omnes credimus;

Illo quietis tempore.

Quo Gallus exultans canit,

Christum redisse ex inferis.

Tunc mortis oppressus rigor,

Tunc lex subacta est Tartari.

Tunc vis diei fortior

Noctem coegit cedere.

Porro quod Ruffinum citant, frustra sunt. Ille in ex-
positione Symboli. *Quod in infernum Christus descendit,*
evidenter præstatur in Psalmis, ubi dicit: Et in palu-
rem mortis deduxisti me: Et iterum: Quia vitilias in san-
guine meo, dum descendere in corruptionem: Et iterum: de-
scendisti in limum profundum, & non est substantia. Sed & Io-
hannis dicit: Tu es, qui venturus es, an alium expectamus?
Vnde & Petrus dixit: Quia Christus mortificatus carne,
vivificavit autem Spiritu. In ipso (ait) eis qui in carcere inclu-
sæ erant, descendit spiritibus predicare, qui increduli fuerint in
diebus Noe, &c. Redij victor à mortuis, inferni secum spolia
trahens: eduxit enim eos, qui tenebantur à morte, sicut & ipse
prædixerat, ubi ait: Cum exaltatus fuero à terra, omnia ad me
traham.

August. Epist. 57. ad Dardanum. Si secundum hominem quem Verbum Deus suscepit, putamus dictum esse Hodie mecum eris in Paradiso, non ex his verbis in caelo existimandum est esse paradiso. Neque enim ipso die in caelo futurus erat homo Christus Iesus, sed in inferno secundum animam, in sepulchro autem secundum carnem. Et de carne quidem, quod eo die in sepulchro sit posita, manifestissimum est Euangelium. Quod vero illa anima in infernum descendit, Apostolica doctrina praedicat. Quandoquidem beatus Petrus ad hanc rem testimonium de Psalmi adhibet, ubi de ipso praedictum esse demonstrat. Quoniam cum derelinques animam meam in inferno, neque dabis sanctum tuum videre corruptionem.

Sic Paulinus de obitu Celsi pueri. Arnobius in Pl.
137. Encherius libro formularum spiritual. num. 35.
Chrysologus sermo. 69. Marius victor praeat. in Gen.
Vigiliis lib. 2. contra Eutychem. Fulgentius lib. 3. c.
31. aliorum etiam hac in re Iulianus consensus est, ad
eo vt articulum admittant nunc Calviniani, sed ita
sceleratè explicent, vt minus perfidè facerent, si ne-
garent. Nam Christum descendisse interpretantur,
poenas inferni sustinuisse. Cōtra quos supra disputaui.

VERSUS 54. 55. 56.

Centurio autem & qui cum eo erant,
custodientes Iesum, viso terra mo-
tu, & his quæ fiebant, timuerunt
valde, dicentes: Vere Filius Dei

erat isse. Erant autem ibi mulieres
multæ à longè, quæ secutæ erant Je-
sum à Galilæa, ministrantes ei, in-
ter quas erat Maria Magdalene
& Maria Iacobi & Ioseph mater,
& mater filiorum Zebedæi.

QVÆSTIO I.

Quis centurio, & qui cruci astant?

§. 1. **L**onginus appellatur in historiis Ecclesiasti-
cis apud Metaphrastem 16. Octob. martyrio
confessionem dicitur firmasse. Specimen vocationis
gentium hoc fuit. Chrysostomus certe de illo testis
est. Τοσούτῃ δ' εὐνομήσει ἡ δύναμις, οὐ μὴ ἡλπίσας
πάντες καὶ κακοδίας καὶ σκώμματα, καὶ τὸ μὴ κενταύ-
κα συντηρήσαι καὶ τὸ δῆμον. πῶς δ' φασιν, ὅτι καὶ μαρτυ-
ρεῖ δ' κενταύρου τρεῖς ἀνδρῶν ἑσθλῶν μὴ ταῦτα ἴδεναι
σε, ἰδεῖσθαι. Tanta crucifigī virtus apparuit, ut postillas
contumelias, post vituperationem & cædem, tam
Centurio, quam populus compuncti fuerint. Qui-
dam autem dicunt hanc Centurionem in fide postea
roboratū aded fuisse, ut etiam martyrio sit coronatus.

Ερπαυθ' ante. Καὶ ὅτι ὁ κεντρίων ἀγὼς τὴν μακά-
ρην ὄσων, ὅτι μετ' ἐξουσίας ἀπέθανεν. αὐτὴ ἡ Φωνὴ κατα-
πέτασμα ὄρεος, τὰ μνημεία ἠνοίξε, καὶ τὸ σῶμα ἐκμήνη-
μον, id est: Sed centurio quos; ideo maxime credidi,
quia laum ipsum sponte & potestate mortuum cre-
dipexit. Hæc vox velum templi scidit, monumenta
perurit, & templum ipsum in desolationem redegit.

Itaque cognovit Deus mortem filii sui honoravit, et
qui irriterat viventem, mortui gloriam præcedit.
Hoc fecit & Pilatus, teste Orofio. histor. 7. cap. 4. Pa-
quam passus est Dominus Christus, atque a mortuis resurrexit,
& discipulos suos ad prædicandum dimisit. Pilatus præsele-
ctissime provincie ad Tiberium Imperatorem aquæ senatum re-
tulit de peccato & resurrectione Christi consequentium que-
ritibus, quæ vel per ipsum palam factæ fuerant, vel per discipu-
los illius in nomine eius fiebant, & de eo quod certatim & in-
ter plurimorum fide Deum crederetur. Tiberius cum suffragio
magis favoris retulit ad senatum, ut Christus Deus haberetur.
Senatus in indignatione motus, cum non sibi prius secundum iu-
rem delatum esset, ut de suscipiendo cultu prius iussu decerni,
consecrationem Christi recusavit.

Eusebius etiam lib. 2. c. 2. Senatum renuisse; Tib-
rium in sententia mansisse.

§. 2. Hinc apparet Caluinum male uole de centurione iudicasse, fuisse euaniūm impetum. Vnde etiam hoc illi constat, cum veteres historici veram, & martyri coronatam constantiam esse asserant: Eadem autem seuolentia Apostolos abfuisse fingit. Reclius S. Ananias hinc Christū fuisse veram mortem & humanitatem probat. lib. 3. de assumptione hominis. In Christi quoq; morte idipsum patet, corpore non ultra sepulchrum lato, anima ad inferos penetrante, locū ingenti interitu discriminat: sepulchro quidem id quod corpus euerat, quoniam corpus aderat, respiciēte: inferno vero id quod incorporeum fuit. Quaratione igitur factū est, ut cum Dominus alioq; incorporaliter, pro homine a morte sit agnitus, ut eorumq; marum, quas infernus tenebat vincula sua anima inuoluta quidem vincula mortis, sed tamen quæ quasi obnoxia fuerisset, disrumpere: explicans illis modum rationem, resurrectionis, ut plastes ille & conditor hominis hominem de iustitibus (ubi etiam ipse præsens ad plenum liberaret in sua forma).